



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

VII. De Iuramento calumniæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

*c. Cum  
olim 34.  
inf. de  
testib.*

III. Quando testes petuntur ad perpetuam rei memoriam, veluti testes sint velerudinarii, si senes, si peregrini, ne ob mortem vel absentiam testimonium post litem contestatam veritas possit elici. Id quod hodie fieri solet scripto impetrato à Principe.

## De Iuramento calumniæ

### TIT. VII.

Lite contestatâ, ne vel actor vexatus tantum causâ, vel Reus tantum de ferendâ solutionis gratiâ, litem instituere fore que videantur, succedit iuramentum calumniæ utrimque præstandum.

#### *Quis dicitur Calumniari?*

*l. i. D. ad S. C. Tur. pill.* **Q**ui sciens & prudens vel falsum defendit, vel verum oppugnat, tergiversatur.

#### *Quid igitur est Iuramentum Calumniæ?*

*c. s. &c. ult. h. t.* Est iuramentum a litigantibus etiam Clericis, si causam propriam agant super lite bona fide susceptâ præstandum.

*Qualiter iurandum de Calumnia?*

Jurat Actor, quod non calumniandi animo litem moverit, sed quod existimet & credat se justam habere causam litigandi. Reus jurat, quod putans se bonâ instantiâ uti, ad reluctandum & contradicendum pervenerit. Deinde jurat uterque; quod nullam ab adversario superfluum exiget probationem, extrahendæ litis causâ; quodque nihil dediderit aut promiserit judici, ejus corrumperendi gratiâ.

*l. 2. in pr.  
Ch. 1. d.  
l. 2. cum.  
Auth.  
seq Nov.  
134. in  
pr. &  
Auth.  
Principales. C  
eod.*

*Iurane & procurator, domini sui nomine?*

Jurat, nec enim refert ipse principalis in propria persona hoc juramentum præster, an ejus nomine procurator, modò hic mandatum speciale habeat ad iurandum, & tunc iurat in animam domini sui ac suam, Exceptis Syndicis & Oeconomis, id est administratoribus Ecclesiarum, monasteriorum, & universitatum, qui etiam sine mandato & in proprias animas, non in animas singulorum, qui de Ecclesia aut universitate sunt, iurant.

*c. ult. h. 2.*

*c. 3. &  
4. h. 1.*

*Quid si litigantes recusent jurare?*

Tunc quidem Actor tamquam improbus

F 3

probus

probus litigator ab instituta cadet a-  
ctione. Reus verò habebitur pro con-  
fesso, id est perinde ac si debitum esse  
confessus ac condemnatus. Cuiusmodi  
pænæ non est locus in causis spiritalibus,  
ut cum agitur de decimis, iure  
tronus &c. ne inde detur vitiosus  
talia ingressus.

*d. c. ult.  
in fine  
Vallen.  
hic §. 3.  
n. 3.*

## De Dilationibus.

### TIT. VIII.

Dilationes dari solent, aliæ ante litem  
contestatam, aliæ post. Ante litem  
contestatam dantur dilationes ad  
liberandum, de quibus est hic Tit.

*Quid est Dilatio, & quotuplex?*

**D**ilatio in genere est iustum tempus  
et spatium, quod ad actum aliquem  
iudicalem perficiendum conceditur  
actori vel Reo, à lege, à iudice, vel ex con-  
ventionem partium. Unde Dilatio  
est *Legalis*, quæ à lege absq; ministerio  
iudicis aut litigantium conceditur  
*iudicialis*, quam dat iudex ipse ex præ-  
cepto seu permissione legis, *Conven-*  
*tionalis*, quæ ex conventionem partium  
competit. Dilationum verè Judicialium